

controverfa fubftitutione; tamen quia ponuntur post omnes gradus fubftitutionum, & in toto teftamento femper repetitur qualitas mafculinitatis, cum taxativa tantum, & femina per modum regulæ excluduntur, que excludit refpicit omnes gradus fubftitutionum, & regulat integram difpofitionem teftamentariam, Rot. dec. 332. n. 9. p. 9. unde appareat animus, & voluntas teftatoris perpetuo conferendi agnationem in quocumque cafu, Rota dec. 83. n. 6. v. Er fubftituitur, coram Merlin. dec. 44. n. 5. v. Negari tamem p. 1. rec. dec. 95. n. 15. v. quia fane, p. 11. dec. 269. sub n. 11. p. 15.

Cæterum non urget, quod Francifcus, & fratres de Provaflis actores non funt de linea effectiva teftatoris, vel contentiva proxima, in qua eft Francifca, uti descendens à linea Bongini: Nam cum teftator nullos habuerit filios non potuit fubftitutum ultimo loco factam de proximioribus de domo, intelligere de familia effectiva, Rot. decif. 214. num. 17. part. 9. nec minus de familia contentiva proxima nepotum fubftituit, quia proximiores domus vocavit in cafu deficientiæ omnium mafculorum ex linea de nepotum, qui fuerunt de contentiva proxima; unde manifeftum redditur, quod fubftituito proximiorum de domo, & familia, intelligenda venit de familia contentiva remota, ac generali, Card. de Luca de fideicom. difc. 53. n. 13. Bellon. conf. 11. n. 55.

R. P. D. MOLINES.

Arminen. Fideicommissi.

Veneris 1. Decembris 1690.

Argumentum habetur in decifione, que fuperius adnotata videtur.

S U M M A R I U M.

- 1 Appellatione proximiorum de domo regulariter veniunt tam mafculi, quam femina.
2 Contrarium tamen recipitur, fi contraria teftatoris refiftat voluntas.
3 Ad quam convincendam fingula teftamenti partes penfari debent, liberarique omnes coniecturæ fimul iungenda.
4 Appellatione proximiorum non veniunt femina, fi in fubftitutionibus antecedentibus tantum mafculi teftator vocaverit.
5 Repetitio mafculinitatis non folet induci in diverfa fubftitutione, diverfo modo, & favore diverforum perfonarum ordinata.
6 Declarata, ut hac conclusio vera non fit, quoties agatur de fubftitutione exprefse facta de eadem agnitione teftatoris.
7 Proximiorum de domo appellatione non veniunt femina, fi teftator ulterius appofuerit verba, ipfius teftatoris.
8 Totum conferendum bona in familia impleri non potest, quàm per fucceffionem mafculorum, & fumarinarum exclusionem.
9 Si teftator præfatam votum habuerit, feminas excludere voluiffe fatendum est.
10 Qualitas mafculinitatis cenfetur in fubftitutionibus repetita, fi teftator proprias filias excluferit, & n. 12.
11 Hac tamen coniectura volur non haberet, fi teftator ad exclusionem deveniret, eo quia illas congruenter providerat de dote.
12 Prohibitio alienationis, & ratio conferendi bona in agnatione, fi adiuncta funt post omnes gradus à teftatore confideratos, omnes fubftitutiones qualificant.
13 Prohibitio alienationis, fi perfonalis fit, efficitur realis, & comprehendit omnes fubftitutiones in teftamento exprefas, fi magis ampla, & generalis fit.
14 Decifio 30. n. 20. p. 1. recet. quo cafu procedat.
15 Linea deficientia præfumitur, donec aliquis compareat, qui fe vocatum, et comprehenfum iufficit.

DECISIO XII.

Teftamentaria Antonelli Provaflis iterum hodierna die penfata difpofitione, DD. vifum est, iuxta firmata in altera decifione coram me emanata sub die 19. Junii proximi præteriti, fubftitutum proximiorum domus illorum de Provaflis ipfius teftatoris, ficut eius verba præcifè, esse intelligendam de mafculis de familia contentiva teftatoris, quamvis remota, exclusis foemina agnatis: hinc abfque hætatione in decifis periftendum autamarunt.

Eft enim non ambigenter, verba teftamentis, iuxta eorum germanam intelligentiam, & proprietatem, adiftere etiam femina agnata, cum appellatione proximiorum de domo regulariter veniant tam mafculi, quam femina de agnato, l. 3. §. proximius ff. und. cognat. §. Cæterum, in fi-

tur. de legit. agnat. fucceff. Peregr. de fideicommissi art. 22. num. 33. & 36. tamen, quia huic verborum proprietati refiftit teftatoris voluntas, ideo iftorum cortici non inftitendum, cum plerumque abufive à teftatoribus proferrantur, fed illam fecundam esse putantur, ut monet Dec. in l. 3. Cod. de liber. præter. & leg. Non aliter, §. ff. de leg. 3.

Quod autem talis fuerit fideicommissitenti voluntas appetit colligitur penfatis fingulis teftamenti partibus, libentique omnibus coniecturis fimul iungent. pro illa eruentibus, Nummis 75. de leg. 3. leg. Merina 44. ff. de manumiff. instrument. leg. Si ftipulatus in princip. ff. de iur. Bartol. in l. Seja, §. Cajo n. 3. ff. de fund. in fr. Menoch. conf. 117. n. 60. Ex eis quippe conftat, fubftitutum, de quo agitur, teftatorem adiciffe, postquam in antecedent. gradibus fubftitutum vocaverat, in utraque linea à se inftituta, & fubftituta, tam in parte difpofitiva, quam conditionali, femper mafculos, & quidem cum taxativa tantum, iuncta exprefsa propriam neptum, & exclusionem ex quibus infurgit, quod deinceps fubftituito proximiores domus, voluerit fimiliter intelligere de mafculis pariter agnatis, exclusis foemina de fua agnatione, Fufar. de fubftit. g. 311. n. 22. & g. 403. n. 18. Rota dec. 162. n. 3. & p. 11. & in Ferrarini. Bonorum 12. Maii 1687. 4. §. Nec hereditas, coram R. P. D. meo Urfino.

Nec refert, quod repetitio mafculinitatis non folet induci in diverfa fubftitutione, diverfo modo, & favore diverfarum perfonarum ordinata, Surd. conf. 448. n. 22. v. f. Eodem modo, Rota dec. 491. n. 3. p. 4. diverf. Dunoz. Jun. dec. 46. n. 24. & 25. quia id non procedit, quando, prout in cafu, agitur de fubftitutione exprefse facta perfonis de eadem agnitione teftatoris, qua licet fint diverfe, tamen in illis cenfetur repetita eadem qualitas mafculinitatis, in antecedentibus gradibus explicata, Soc. Jun. conf. 168. n. 42. in fin. lib. 2. Buccafer. conf. 20. n. 10. Cirocc. difcept. 1. n. 19. Rota dec. 313. n. 4. cum duobus feqq. coram Pamphil. dec. 385. n. 43. p. 9. dec. 134. n. 16. & feqq. p. 17.

Additò, quod teftator non contentus exprefione, proximiorum de domo, ulterius appofuit verba, ibi, ipfius teftatoris, qua ftante reduplicacione, eò minus ad mittenda est femina agnata, Peregrin. de fideicommissi art. 25. n. 47. v. f. Ultra huc cafus; Rota dec. 81. n. 14. p. 16.

Iftaque omnia maius robur funt refectendo tum ad rationem exprefam à teftatore in prohibitione alienationis, qua fuit, ut eius bona femper fubiacerent dicto fideicommissio, & permaneret in familia illorum de Provaflis, quod cum aliter impleri non poffit, quam per fucceffionem mafculorum, per quos familia confervantur, & ad exclusionem femina agnata, que est finis agnationis, l. Pronunciatio 195. §. fin. ff. de verb. fignif. dec. 65. num. 36. coram Ar. guell. utique videtur illi fofli fubftituiti, & ifta exclusio, ut tradunt Peregr. de fideicommissi art. 25. n. 47. Rota dec. 385. n. 41. & 42. part. 9. & in Romana, feu Florentina difc. 717. n. 11. Junii 1682. & 5. Aprilis 1683. coram R. P. D. meo Hervault, & noviffimè in Mantuana Beneficij 3. Junii 1689. coram R. P. D. meo Urfino, cum aliis in decifis que confirmantur, §. Tum quia.

Tum iungendo exclusionem propriam neptum teftatoris magis dilectarum, eique cogitarum, quas fit excluferit, fortius præfundendum venit excludere voluisse omnes alias remotiores, quia coniectura pro efficaci confiderata, repetita cenfetur qualitas mafculinitatis, Alba conf. 19. n. 4. & 5. lib. 3. Surd. dec. 66. n. 7. Rota coram Duran. dec. 126. n. 5. coram Bich. dec. 102. n. 7. & 8. coram Dunoz. Jun. dec. 827. n. 3. dec. 726. n. 4. & in prin. dec. 790. n. 2. p. 1. diverf. & dec. 81. n. 12. & 13. p. 16. dec. 232. n. 3. & feqq. p. 19. Tantò magis, quia ad exclusionem huiusmodi non devenit teftator, eo quia illas providerat congruenter de dote, in quibus terminis parum ipfa ad rem conducere, ut observant Peregr. de fideicommissi art. 25. num. 24. Odd. conf. 65. n. 62. v. f. Secundò autem, Rot. dec. 46. n. 8. & 9. & dec. 74. n. 15. coram Dunoz. Jun. ex eo motus, quia propofuit confervationi propriæ agnationis, intendens bona permanere in fua familia; quo cafu hæc coniectura deducit ab exclusione propriarum neptum, remanet in fui efficacia, Cephal. conf. 137. num. 12. Rota dec. 126. num. 12. & feqq. coram Royas dec. 112. num. 10. coram Bich. decif. 326. in prin. part. 1. diverf. dec. 81. num. 12. & 13. & decif. 176. n. 10. & feqq. part. 16. & decif. 232. n. 11. & feqq. part. 19.

Parum refragatè, quod tam prohibitio alienationis, quam ratio confervandæ agnationis ftent consecutive ad præcedentes fubftitutiones, ac proinde appofite cenferi debeant reftrictè ad perfonas Sebafiani, & Bongini, eorumque descendendum mafculorum, nec extendi ad proximiores de do-

hibitis alienationis, argumentum præbet credendis feminas fuisse exclusas.
19 Illarumque exclusio pariter obicitur, si teftator proprias filias excludere quoque voluerit.

DECISIO XIII.

Refponfum fuit, confirmandam esse sententiam Rotalem Rev. Patris Domini mei Molines, concedentem Francifco, & aliisque de Provaflis immiffionem in bona fubftituta fideicommissio Antonelli de Provaflis. Valida enim est, ut ex revolutione processus, & iusta apparet ex decifionibus autè illam editis die 19. Junii, & prima Decembris 1690. in quibus luculenter probatur existentia, & purificatio fideicommissi favore actorum, aliaque omnia extrema, quibus concurrentibus, fideicommissario debetur immiffio, vel ex remedio leg. final. Cod. de edit. Div. Adr. toll. vel utilis Salviani, iuxta allegata in prima decifione, §. Mori.

Ad quam tamen impediendam hodiè repetebatur defectus legitimatio perfonarum actorum, & purificacionis, seu vocacionis earundem ad controverfum fideicommissum.

Legitimatio siquidem per se non in ipso iudicio limine faciendâ ut non antea iuris ratio, in quo persona querenda fit, leg. quidam referunt 14. ff. de iure codicill. & non ignorat. 9. Cod. de his, qui accusare non possunt, defecere dicebatur, quia Antonellus fideicommissum, extinctis lineis mafculinis Sebafiani, & Bongini ex fratre nepotum, vocavit proximiores domus illorum de Provaflis ipfius teftatoris, quos sub nomine comprehendit minime videbantur hi, quibus idem cognomen, insigniumque dextaxat delatio convenisset, qui ob originem gradatim derivatam à communi ftipite, teftatoris, ab eodem genere revera propagantur, communis enim ftipes, non autem cognomen, & insignia familia, identitatem operantur, Andreol. contror. 338. n. 6. Rota in rec. dec. 15. n. 29. p. 7. & dec. 112. n. 4. & 5. p. 8. & coram Celso, dec. 341. n. 2. & 3. Quod potiori iure desiderari dicebatur in casu nostro, quia vocati leguntur proximiores domus illorum de Provaflis ipfius teftatoris, qua personali dictione magis præcise designantur soli proximiores, verè à fupra teftatoris progeniti, Altograd. conf. 79. n. 56. lib. 2. de Luca de fideicommissi, difc. 5. n. 2. & feqq.

Id autem non probant actores afferentes solummodo aliquos testes, qui in genere, & quidem de auditu affirmant, ipsos esse de eadem teftatoris familia, nulla facta distinctione graduum consanguinitatis, nullaque pariter facta mentione legitimatis regulariter probandæ, quamvis à parte id non fuerit oppositum, Merlin. decif. 669. nu. 30. & demum nihil concludunt circa identitatem personarum, dum asserunt, actores esse filios Antonii, ipsi verò in quodam contractu filios Caroli se enunciant.

Verum huiusmodi obiectum, quamvis in præteritis decifionibus fufficenter sublatum, nihilominus tamen in hodierna etiam disputacione non fufficere ostenditur.

Probatio enim descendente per gradus à communi ftipite deductos, que in nostra hypothefi defecere primo loco obicitur, necessaria est, si ageretur de vocacione proximiorum de linea effectiva, seu contentiva proxima, que respectu fideicommissitenti defuncti abfque liberis constituitur à filiis fratribus, de quibus teftator certè loqui non potuit: Nam cum vocaverit proximiores de familia, postquam fupposuit extinctam familiam contentivam proximam, dicendum per consequens est, eo sub nomine fubftituisse proximiores familia contentiva femina, ut notat de Luca de fideicommissi, difc. 53. n. 13. Rot. dec. 214. nu. 14. p. 7. 3. rec. quo casu generica sola probatio fufficit, præsertim dum nemo comparet, qui se dicat proximiorum, bene ad rem nostram idem de Luca de fud. difc. 107. n. 3. cum feqq. Rota coram Peuting. dec. 309. m. 1. cum pluribus feqq. & in recent. dec. 134. n. 23. p. 17.

Hanc verò genericam probationem nedum præbent testes, qui reddita scientia causa affirmant actores esse de vera teftatoris agnatione, verum etiam elicitur ex teftamentis, & legatis, de quibus in Summaria prima præpofitionis n. 6. ac demum confirmatur ex iure eiusdem cognominis, & insignium, qui inter familias oriundas ex parvo oppido maximum præbet argumentum identitatis, Capyc. Latro. conf. 29. n. 39. & feqq. Ex quibus non obscure probata etiam remanet actorum legitimatio, levioribus contenta administriculis, cum probata est proximitas, nullusque alius concurret, qui se gradu propinquiore prætendat, ex traditis in Comen. fideicommissi 5. Junii 1682. §. in præfenti, coram bon. mem. Albergato.

de domo teftatoris; tum quia adiuncta sunt post omnes gradus illarum per antea ordinatarum, & ideo omnes fubftitutiones qualificant, Rota dec. 28. n. 30. & 81. coram Arguelli. & in dec. que confirmatur, §. Nec obtinet tum etiam quia ratio prohibitionis magis late patet, quam ipfa prohibitio: quo circa dato, quod illa esset perfonalis, & reftricta ad lineas mafculinas nepotum primo loco fubftitutas, ex ratione tamen effrañta potest adicæta fit realis, & comprehendit omnes fubftitutiones in teftamento exprefas, Clarin. contror. 219. n. 151. cum duobus feqq. Rota dec. 243. n. 18. & 31. vol. 1. cum aliis penes Palm. Rot. dec. 243. n. 18.

Neque his contrariatur dec. 300. nu. 20. p. 1. rec. quia ibi erant termini penitus diverfi à præfenti hypothefi; deducitur enim prætendebatur in illis, ex ratione confervandi bona in familia, extenfio fideicommissi ad perfonas non comprehensas, five specificatas in illo; in casu autem isto solum adducitur amplitudo rationis pro declaranda qualitate perfonarum comprehensarum sub verbo proximiorum, & investigando, de quibus fenferit teftator.

Demum in vanum opponitur, quod in omnem casum fubftitutum ifta proximiorum purificata fuerit favore descendendum Aloyfii, qui fupponitur fuisse nepos teftatoris; nam cum nemo ex his compareat, præfumitur defecit, itaque interim ad iudicandum veniat fideicommissum his proximioribus, qui de præfenti comparuerunt, Gratian. 16. difcept. 443. n. 3. Rota dec. 190. n. 2. & feqq. coram bon. mem. Card. Cerro.

Et ita utraque, &c.

R. P. D. HERVAULT.

Arminen. Fideicommissi.

Luæ 3. Martii 1692.

ARGUMENTUM.

Ex eisdem, cum quibus in aliis duabus decifionibus foemina in vocacione proximiorum fuerunt exclusio, in hac quoque repelluntur, & quomodo faciendâ fit legitimatio perfonæ ad obtinendum fideicommissum ordinatum pro proximioribus de domo, præfens decifio edocet.

S U M M A R I U M.

- 1 Immissio fideicommissario debetur, si probata sit existentia, & purificatio fideicommissi.
2 Legitimatio per fona in ipso iudicio limine faciendâ est, ne antea iuris ratio, in quo persona querenda fit, leg. quidam referunt 14. ff. de iure codicill. & non ignorat. 9. Cod. de his, qui accusare non possunt, defecere dicebatur, quia Antonellus fideicommissum, extinctis lineis mafculinis Sebafiani, & Bongini ex fratre nepotum, vocavit proximiores domus illorum de Provaflis ipfius teftatoris, quos sub nomine comprehendit minime videbantur hi, quibus idem cognomen, & insignia familia, identitatem operantur, Andreol. contror. 338. n. 6. Rota in rec. dec. 15. n. 29. p. 7. & dec. 112. n. 4. & 5. p. 8. & coram Celso, dec. 341. n. 2. & 3. Quod potiori iure desiderari dicebatur in casu nostro, quia vocati leguntur proximiores domus illorum de Provaflis ipfius teftatoris, qua personali dictione magis præcise designantur soli proximiores, verè à fupra teftatoris progeniti, Altograd. conf. 79. n. 56. lib. 2. de Luca de fideicommissi, difc. 5. n. 2. & feqq.
3 Id autem non probant actores afferentes solummodo aliquos testes, qui in genere, & quidem de auditu affirmant, ipsos esse de eadem teftatoris familia, nulla facta distinctione graduum consanguinitatis, nullaque pariter facta mentione legitimatis regulariter probandæ, quamvis à parte id non fuerit oppositum, Merlin. decif. 669. nu. 30. & demum nihil concludunt circa identitatem personarum, dum asserunt, actores esse filios Antonii, ipsi verò in quodam contractu filios Caroli se enunciant.
4 Verum huiusmodi obiectum, quamvis in præteritis decifionibus fufficenter sublatum, nihilominus tamen in hodierna etiam disputacione non fufficere ostenditur.
5 Probatio enim descendente per gradus à communi ftipite deductos, que in nostra hypothefi defecere primo loco obicitur, necessaria est, si ageretur de vocacione proximiorum de linea effectiva, seu contentiva proxima, que respectu fideicommissitenti defuncti abfque liberis constituitur à filiis fratribus, de quibus teftator certè loqui non potuit: Nam cum vocaverit proximiores de familia, postquam fupposuit extinctam familiam contentivam proximam, dicendum per consequens est, eo sub nomine fubftituisse proximiores familia contentiva femina, ut notat de Luca de fideicommissi, difc. 53. n. 13. Rot. dec. 214. nu. 14. p. 7. 3. rec. quo casu generica sola probatio fufficit, præsertim dum nemo comparet, qui se dicat proximiorum, bene ad rem nostram idem de Luca de fud. difc. 107. n. 3. cum feqq. Rota coram Peuting. dec. 309. m. 1. cum pluribus feqq. & in recent. dec. 134. n. 23. p. 17.
6 Hanc verò genericam probationem nedum præbent testes, qui reddita scientia causa affirmant actores esse de vera teftatoris agnatione, verum etiam elicitur ex teftamentis, & legatis, de quibus in Summaria prima præpofitionis n. 6. ac demum confirmatur ex iure eiusdem cognominis, & insignium, qui inter familias oriundas ex parvo oppido maximum præbet argumentum identitatis, Capyc. Latro. conf. 29. n. 39. & feqq. Ex quibus non obscure probata etiam remanet actorum legitimatio, levioribus contenta administriculis, cum probata est proximitas, nullusque alius concurret, qui se gradu propinquiore prætendat, ex traditis in Comen. fideicommissi 5. Junii 1682. §. in præfenti, coram bon. mem. Albergato.



Negue his adferatur, quod Franciscus, unus ex actoribus, in quadam apocha denominetur filius Caroli, quia hic error irreperit per incuriam illius, qui apocham confcripfit. Is enim loco cum enunciandi fratrem Caroli, illius filium nominavit: Et huiusmodi error correctus legitur in prima sententia lata in partibus, aliique documentis cumalatis in summario responsionis, quibus ostenditur, actores esse filios Antonii.

Vindicata iam legitimatione personarum, probanda remanet purificatio fideicommissi favore actorum, cui nondum locum factum esse dicebatur superflite adhuc Franciscus Bongini neptis, quae utpote de linea contentiva proxima, & comprehensa sub nomine proximiorum domus, & familiae, iuxta regulam desumptam ex leg. voluntas 4. Cod. de fideicommissis. & in §. Caterum inter, ex legitim. agnat. success. alios linea remotioris, excludere dicebatur.

Sed frustra in nostro themate affertur regula super comprehensione foeminarum, quando ex aperta testatoris voluntate perpetuo excluda apparet; ille enim in testamento a se condito, primo loco instituit Sebastianum, & Bonginum nepores cum reciproca eorum descendendum substitutione ordinata favore masculorum, quos tam in parte dispositiva, quam in conditionali vocavit, modo cum dictionibus taxativis tantum, modo cum dictionibus repetitivis, ut supra, & semper, denotantibus in omni casu, omnique tempore desideratam esse in substitutionis qualitate masculinitatis, ac modo cum positiva foeminarum exclusione, propriis etiam neptibus neglectis.

Deinde eventiente casu toralis defectus masculorum in linea sibi proxima ditorum nepotum, voluit tunc bona sua devenire ad proximiores domus illorum de Provasis ipsius testatoris, quod magis, & melius, ac validius de iure devocere potest & poterit.

Ex qua dispositionione serie patet, personam, quae gravatam bona restitit uterque proximiorum ultimo loco substitutus, fuisse ultimum masculinum linea contentiva proximo testatoris primo loco vocata, & praedilectae; si ergo ex ultimo masculo dicte lineae fieri debeat transitus ad proximiores agnationis contentiva remota, manifestum fit, testatorem praeterire voluisse foeminam superflitem post ultimum masculinum suae lineae, a quo sine alio medio transendum erat de primo genere agnatorum linea proxima, in quibus proinde repetita censeri debet qualitas masculinitatis in descendibus linea praedilectae desiderata, exclusis semper foeminis, ex rationibus, & concordantibus auctoritatibus relictis in prima decifione, §. Tamen in praesenti, & in secunda, §. Quod autem cum sequuntur.

Quia igitur, qualitate masculinitatis repetitam non censeri in substitutione collateralium, erga quos testator regulariter nulla alia ratione movetur, quam illa agnationis, & familiae; Cardin. de Luca de fideicommissis, disc. 43. num. 6. Ideoque cum in linea, seu ordine agnatorum collateralium fit diversitas, ut plurimum, versatur in propinquitate, aut distantia gradus, non autem in differentia sexus.

Ideo claritas elucefcit ex eo, quod testator defectis masculis fidei lineae non vocavit simpliciter proximiores, sed proximiores domus illorum de Provasis ipsius testatoris, sumendo quodammodo nomen suae domus, quod idem est, ac familia, tamquam genus commune utriusque lineae, seu sociali collateralium, illa prius conservari desiderans in linea sibi proxima, deinde in linea collateralium magis remota; quamobrem si in linea sibi proxima ad bonorum successione vocavit solos masculos, eosdem pariter proflite censetur transendo ad collaterales remotiores, erga quos sua eademque agnationis conservanda ratione, & amore ferebatur, ut animadvertunt praefata decifiones in locis mox relatis.

Quod autem testator in rota dispositionum serie unice contentus fuerit propriae agnationis conservationem, non solum tacite resultat ex perpetua vocatione masculorum cum foeminarum exclusione, quo casu non simplex praedilectio, & praetio fexus, sed vera agnatio perpetuo exoptata dicitur, iuxta auctoritates cumalatas in prima decifione, §. Vtrum autem; verum etiam expresse desumitur ex probatione alienationis facta post omnes substitutiones, ea unica ratione, quia voluit dicta eius bona semper subiacere fideicommissi supra dicti, & permanere in familia illorum de Provasis, quae quidem ratio locum esse non sinit successioni foeminarum,

quae sunt finis agnationis, donec ea in masculis, quamvis remotioribus, vigere potest, l. pronuntiatio 195. ff. de verbor. significat. & alias dixit Rota coram me in una Romana, seu Florentina fideicommissi prima Junii 1682. §. & Aprilis 1683. quas sequuntur praefata decifiones.

Nec obstat, quod prohibito alienationis facta, ut bona conserventur in familia, tamquam consecutivae ad praecedentes substitutiones, restituta censeri debeat ad personas Sebastiani, & Bongini, eorumque descendendum masculorum, ideoque regulam, non tamen dare non valeat ultima legatur post omnium substitutionum quia cum apposita vocatio foeminarum exclusionem, aequae afficit omnes praecedentes dispositiones, Rota coram Arguelles de fidei. 28. num. 80. & seq. Quinimo cum ratio prohibitionis magis lateat, quam ipsa prohibito, negari nequit ex ea etiam maximum argumentum favore omnium masculorum de agnatione, exclusis semper foeminis, quamvis expressa legeretur in ea tantum parte testamenti, in qua substituntur agnati de linea contentiva proxima testatoris; praesertim si consideretur, illum, ut iam dictum est, neptes sibi cognatas modo legat honoratissimae, & remotiores, ut bene extorant secunda decifio, §. Tum in imitando cum seqq.

Et ita utraque &c.

R. P. D. HERVAULT.

Ariminen. Fideicommissi.

Veneris 5. Decembris 1692.

ARGUMENTUM.

Approbantur quae in alia decifione decia dignoscuntur.

SUMMARIUM.

- Vocati ad fideicommissum immittuntur remedio succurruntur.
- Immisto non debetur, nisi prius legitima sit actoris persona.
- Sub nomine proximiorum domus, & familiae, foemina comprehenduntur.
- Duo superflite aliquis de linea magis proxima, non dicitur factus locus vocationi linea magis remota.
- Testator vocando proximiores domus post efformatam substitutionem favore linea contentiva proxima, dicendum est sub proximiorum nomine designare voluisse proximiores de linea contentiva remota.
- In vim vocationis facta de proximioribus de familia ut quis succedere valeat, generica sufficit probatio, qua doceat se esse de familia, alioque eo quod qualitas in proximioribus probare cogatur per gradus distinctos a communi stirpe de dicitur.
- In substitutione facta favore proximiorum de domo, & familia, admittuntur etiam illi, qui in diversis Civitatibus, & Provinciis commorantur.
- Ad probandam proximitatem cum fideicommittente antiquo tempore defuncto, leviores sufficiunt probationes, & admittuntur quoque admittuntur.
- In parvo oppido familiarum pluralitas non praesumitur.
- Qui praesumitur de familia testatoris, si iuxta cognomen in stirpem ipsa quoque utatur.
- Fides extrajudicialis nullum gradum probationis constituit.
- Et concurrere nequeunt cum probatione formata facta.
- Familia identitatis iustificatur ex testibus deponentibus, quod si qui agitur de eadem familia testatoris.
- Integritas testium ex numero suppletur.
- Non integritas fidei testis dici nequit, quem culpa vacare compertum est.
- Testibus fides praestatur etiam de his, qui successerunt in puerili aetate, si veris, de qua testantur, sub sensu, & intellectu pueri cadere poterit.
- Exceptiones contrarietatis, qua adversus testes deducuntur, non sunt attendendae, si fieri possit conciliatio.
- Ex quibus identitatis familia probetur.
- Ad probandam familiarum identitatem administrata admittuntur, illaque sunt iungenda, praecipue si agatur de familiaribus humilibus conditionis.

DECISIO XIV.

Causa haec die tertia Martii labentis anni resoluta favore fratrum de Provasis, reposita fuit die 23. Junii; sed nulla tunc prodit resolutio, qua tamen in hodierna audientia capta est pro iam decisiis, iterum decernendo favore actorum immisionem in bona subiecta fideicommissi Antonelli

Antonelli de Provasis possessa ab Ugolinis Reiscum enim testator iniuncto onere perit fideicommissi, heredes sibi fecerit Sebastianum, & Bonginum ex fratre nepotes. eorumdemque lineis masculinis extincis vocaverit proximiores domus illorum de Provasis ipsius Testatoris quo sub nomine actores se comprehensos aiebat, cumque, demum pluribus ab hinc annis per obitum Lucae ultimi masculi utraque ex praefatis lineis in eo defecere, evenisse proinde dicebatur casus substitutionis proximiorum, eisdemque succurrendum esse remedio, quo ab Imperatore in l. In C. de edit. Div. Adrian. tollent. vocatis ad fideicommissum consultum est.

Nec a limine iudicii arceri possunt, eo quia se proximiores esse nondum probaverint, ideoque praeposita antea iuris ratio, quam persona queratur, l. quidam referuntur 14. Cod. de iur. codicill. & leg. non ignorat, ff. de his qui accusari non possunt, & rursum quod superflite adhuc Franciscus Bongini neptis, & ipsa comprehensa sub nomine proximiorum domus, & familiae, iuxta Text. in leg. voluntas 4. Cod. de fideicommissis. & in §. Caterum inter, de legit. agnat. success. nondum dici possit factum esse locum vocationi proximiorum linea remotioris.

Etenim neutra exceptio urgere visa est, quia quod atinet ad primam; animadvertent Domini, quod Testator prole destitutum lineam effectivam suae familiae non efformavit, ideoque conversus ad lineam contentivam proximam inchoanda ad filios sui germani fratris, illam vocavit, qua demum penitus extincta ulterius progressus fuit, substituit proximiores domus Provasis, quorum nomine proculdubio dicendum est designasse proximiores ex linea contentiva, remota generaliter complexiva quorumcumque agnatorum, collateralium, cum illos vocaverit, postquam suppositum nullum amplius superflites fore in linea contentiva proxima fratrum, clar. mem. Card. de Luca de fidei. disc. 93. n. 13. Rota cor. Peuting. dec. 309. ex n. 1. dec. 14. n. 10. & 1. p. 8. & dec. 314. p. 8. rec. allegat. in prima decifione §. Probatio enim.

Quamobrem cum hoc casu dici nequeat Testatorem restrictivis vocationem ad aliquem eorum gradum, nec qualem sit cum aliis agnatis, quibus maiorem propinquitatem gradus praesertim contendat proximiorum, sufficit generica probatio, qua doceat se esse de familia fideicommittentis, alioque eo, quod qualitate proximitatis probare cogatur per gradus distinctos a communi stirpe deductos, de Luca de fidei. disc. 107. n. 2. cum leg. Rota apud Garz. de benef. par. 7. cap. 15. n. 30. & cor. Penia, dec. 346. num. 8. cum seqq. Royas de fidei. 254. n. 16. Bich. dec. 154. n. 15. cor. Celf. dec. 50. num. 12. Peuting. disc. de fidei. 255. num. 6. & dec. 301. n. 11. par. 10. dec. 134. num. 23. par. 17. & dec. 422. num. 12. par. 18. & admittantur ad successione proximiores de domo, & familia, quamvis in diversis Civitatibus, & Provinciis commorantur, Petr. de fideicommissis, quae 11. num. 516. & seqq. Idque procedit cum de proximitate, seu qualitate agnativa incidit solum agitur ad effectum succedendi in hereditate fideicommittentis defuncti eorum, & ultra ab hinc annis, quo casu etiam nulla desiderata graduum diminutione, Rota saepius admittit leviores probationes desumptas ex fama publica, testibus de auditu enunciatis, vis, alii ique familiaribus admittuntur, ut apud Marefcort. variat. resol. c. 72. lib. 1. Garz. disc. p. 7. c. 18. n. 30. Penia disc. de fidei. 346. n. 8. Buratt. dec. 260. n. 9. & Peuting. dec. 309. n. 2. cum seqq.

His licet praemis plenè fundata visa est intentio actorum, primum identitatis familiae argumentum defumtum ex eo, quod ipsi commune sit cum Testatore, aliique comprehensis in linea contentiva proxima gentis Provasis cognomen, cuius argumenti efficacia crescit, si animadvertatur ut agi de familia oriunda ex parvo oppido, in quo familiarum pluralitas non facit praesumitur, & excluditur a testibus affirmantibus in eo non adfuisse aliam domum de Provasis, Summ. n. 2. atque etiam qua cognominis delationi additur eorumdem quod insequum usum, ut advertit prima decifio, §. Haec autem, & probat Castanus Cath. Glor. Mundi. l. 1. conclus. 42.

Neque illius vis eliditur, ex quo alia fuerint insignia Lucae Provasii ultimi, ut dictum est ex linea proxima Testatoris illa vero illa Marcelli consanguinei actorum, quae depicta cernuntur in domo, in qua ipse Arimini decessit.

Quia probatio huiusmodi diversitate desumpta ex simplicibus fideibus, nullum probationis gradum constituentibus, leg. solam, C. de testibus, prevalere non potest identitatis insignium comprobate dicto testium formatur examinatorum, Summar. num. 9. & rei evidentie resistenti ex inspectione Decis. ad Theatr. de Luca Vol. 111.

domus Gentilitiae Marcelli sita Mandelli, in cuius portico usque in hanc diem insculpta extant eademmet illa insignia quae à Luca usurpata fuisse contenditur, ut patet ex iuribus allegatis, Summ. n. 12. & seqq. quibus demum subdebat, non iure a reis pregetu diversitatis armorum controverti Marcellum fuisse consanguineum Testatoris, cum in praeritis disputationibus substituerit autem repellendos Officii consecutione fideicommissi ob superexistentiam Aloyfii nepotis d. Marcelli ante illos vocari.

Secundo afferebantur depositiones plurium testium afferentium, familiam Provasiam commorantem Mandelli unam, eandemque fuisse cum illa quae Arimini debebat, quam probationis speciem recipi in proposito tradunt Marefcort. variat. resolut. cap. 70. lib. 1. Rot. cor. Cello disc. dec. 50. num. 4. Ex quibus testibus alii, licet ad perpetuum, fuerunt examinati coram Praetore Mandelli, alii vero formiter in alia instantia coram Iudice deputato, & quamvis tam primi, quam secundi examinis testium fides idoneaque constet; si attem depositis illis ad perpetuum examinatis, fat erit ad rem nostram alios a contrariis oppositionibus vindicare.

Eorum igitur primus furti infamia ex adverso notatur, verum nota haec, seu exceptio personalis, praeterquam parvi fit, cum numerus supplet integritatem testium, Rota dec. 659. n. 32. p. 12. rec. in iure etiam illi inuritur, furti enim confensus, complexque dici nequit, ex quo receperit quidam res ab alio substractas in officina Lucae Provasii, illas enim bona fide recepit, conficiendo apocham qua easdem habuisset, fabeatur, quam certe non exarasset, si focus criminis fuisset; nec inquisitio in eius domo facta furti eundem suspexit, reddidit, cum fieri deberet, ut de corpore delicti constaret; quocirca non integrae fidei testis dici nequit, quem culpa vacare compertum est, Fatinas. de opposit. contra personam testium q. 56. n. 170. & 174.

Reliqui autem duo arguuntur de mendacio, quia eorum alter asseruerit cognovisse Bonginum, & Lucretiam Provasiam, a quibus dixerit agnatum fuisse in consanguineum Patrem actorum, quod de Lucretia affirmat etiam alter testis; & tamen certum esse dicebatur Bonginum decessisse anno 1578. Lucretiam vero anno 1624. ideoque longe antequam ipsi in lucem prodissent.

Sed nihil horum turbat, quia figuratum mendacium oritur ex aequivoco, quod facile fieri potuit in hac familia, in qua plures eodem nomine nuncupatos fuisset dignoscitur, ut manifeste ostenditur de Lucretia, cum duos huius familie mulieres hoc nomine vocatas contentoponeant in humanis fuisse constat, quarum prima, de qua non loquuntur praefati testes, Arimini decessit anno 1614. alia vero, quae fuit neptis Testatoris, & consanguinea Antonii, obit Mandelli anno 1622. ut ex fide obitus, Summar. num. 8. Nec officit, quod tempore, quo cum ea egisse, ac tractasse affirmant, puerilem aegerent aetatem, cum testentur de re, quae sub sensum, & intellectum patrum fieri cadere poterat, ideoque fidem mereantur, Narbon. de aere q. 3. n. 4. & q. 19. n. 3. & q. 44. 17. num. 14.

Reliquae vero exceptiones contrarietatis, quae adversus eorumdem dicta opponantur, tamquam frivola, & facile conciliabiles, attendendae vix non sunt, Rot. d. dec. 69. n. 32. cum seqq. p. 18. & alibi passim.

Postremo tandem omnium validissimum argumentum ad ostendendam agnationis, & familiarum identitatem defumebatur ex pluribus actibus, quibus utriusque fivis Provasii tamquam ex eodem genere prognatos sese inven tractarunt, quos in proposito sufficere tradit Thor. compend. decif. Neap. verbo identitatis; & primo quidem loco Testator ipse dubietatem omnem sustulisse videbatur legato scutorum 50. auri, quod reliquit Lucretiae nepti Mandelli commoranti, Summar. num. 5. quom fuisse forem Antonii probantur iam praefati testes, & certius constat ex cessione d. legati ab ipsa facta favore fratris in compensationem dotis ab ipsa receptae, Summar. num. 6. quo sane legato eandem constitutum fuisse in quasi possessione consanguinitatis, ait Rota decif. 10. num. 6. vers. praesertim par. 7. recent. Facto Testatoris consonant uniformes, perpetuae tractatus familiae identitatem manifestantes; nam non solum sese consanguineos, agnatosque semper denominasse compertum est, verum etiam five Provasii Mandelli commorantes Ariminum pererent, five alii Arimino Mandellum fecederent, consanguinitatis quadam necessitudine, ac iure hospitalitatis officia mutuo sibi reddebant, ut ex patricula instrumenti, Summar. num. 16.



Quae omnia argumenta licet fingula exuberare quodam modo videantur ad genericam confanguinitatis, & proximitatis probationem in re valde ambigua, & cum nemocurrat, qui se dicat auctorem, aut proximiorum; atamen se fecerim sumpta ullam patenter, Rota coram Peutingerio dista decif. 309. praesertim cum verserim in familiis humilibus conditionis, carentibus titulis, notificis, quibus illustra Nobilium stemmata elucefcunt, quod & ipsi Ugolini quodammodo agnoverunt, dum in praeteritis disputationibus, in quibus nunquam id impugnavit, aut auctores repellere curantur sola exceptione nondum purificata substitutionis favore proximiorum linea contentiva remota, ut dictum est in §. Nec ipse; quae tamen exceptio, utpote plene subdita in aliis decifionibus, & in hodierna disputatione vix amplius opposita, nova non indiget confirmatione.

R. P. D. P. I. O.

Ariminen Fideicommissi.

Luna 14. Martii 1694.

Est Decifio aliarum confirmatoria.

S U M M A R I U M.

- 1 Qualitas masculinitatis ex quibus confectur repetita in successiva vocatione diversarum personarum in eadem oratione contenta.
2 Ad effectum succedendi in vim vocationis proximiorum de familia contentiva non requiruntur probationes descendenciae per gradus distinctas.
3 Vocatio proximiorum cum dictione ipsius comprehendit illos quoque, qui sunt de familia contentiva remota, si fideicommissum conditum non fuerit favore descendencium.
4 Existencia alicuius, si per fundamentum intentionis allegatur, probari debet.
5 Fideicommissum alicuius si ad indicandum, si saltem qui proximiorum se esse praesentem, non comparatur.

D E C I S I O X V.

Prolati duabus sententis Rotalibus, prima nempe a R. P. D. meo Molines, & altera a Rev. Hervault, quibus Josepho alique fratribus actoribus conceditur immisso in bona subiecta fideicommissio quondam Antonelli Provasii, iterum pro vocavit cumque in hodierna audientia de eorum demerentiarum viribus dubitaverim pro confirmatione Domini respondere non habuerunt.

Omissa siquidem validitatis inspectio a Parribus non impugnavit, utpote ex actorum revolutione aperte resulant, illarum iustitia, quae capte resolutionis causam praebuit, desumebatur, ex rationibus docto ac luculento calamo exceptis in decifionibus emanatis coram praefatis R. P. D. meo Molines, ac Rev. Turonensi: in iis quippe uberrime firmatur, quod cum Antonellis fideicommissum detectis omnibus praecedentibus substitutionibus masculinorum vocaverit proximiores domus de Provasii ipsius Testatoris, huiusmodi substitutio intelligenda veniat de proximioribus masculinis, non autem comprehendere valeat Franciscam a Bongino descendente, cum qualitas masculinitatis expressa in omnibus praecedentibus gradibus linearum adiecta qualificet etiam successivam vocationem proximiorum in eadem oratione contentam, propter ingentissimas circumstantias in subiecta hypothesis concurrentes, nimirum exclusionem foeminarum, absolutam alienationis prohibitionem factam post omnes substitutiones, superaddita rationem conservandi bona in familia, nec non vocationem proximiorum non per modum simplicem, sed cum reduplicacione domus seu familiae sibi proximioris domus illorum de Provasii; ex quibus omnibus manifeste liquet qualitate masculinitatis, & agnationis conservacionem in prioribus substitutionibus literaliter volitas, repetitas quoque fuisse in substitutione immediate sequenti ordinata favore proximiorum illorum de Provasii, prout fuisse offendunt geminae decifiones R. P. D. mei Molines ad quas DD. quoad hunc articulum satis superque in eisdem enucleatum in omnibus se retulerunt.

Quotaque iacto fundamento urgere non poterit obiectum hucusque tam in prioribus quam in praesenti instantia inculcatum, scilicet quod memorati fratres de Provasii repellendi sint ab immisionis consecutione, ex quo se proximiores esse habentis concludenter non probaverint, quoniam cum testator, postquam supposuit penitus extinctam lineam contentivam proximam fratrum primo loco institutorum, ad vocationem proximiorum ultra progressus fuerit, succedit inde, quod defectis Nepotibus institutis, alique existentibus in linea contentiva proxima, fiat locus ceteris proximioribus de linea remota, adeo ut generica probatio agnationis a dd. fratribus deducta, nedom ex testium depositionibus, univariata Patria, delacione insignium, ac cognominis identitate, verum etiam ex aliis documentis traditis coram Rev. Hervault exuberet ad hunc effectum, in quo pro admisione proximiorum de familia contentiva remota non requiruntur probationes descendenciae per gradus a communi stipite deductos, sed sufficit, quod quoquomodo doceatur de proximitate, & qualitate agnata, potissimum quia nemo concurreat, qui se testatori proximiorum esse contendat, Rota in rec. dec. 422. n. 1. p. 13. & in Asculana fideic. §. Dec. 1691. §. Purificatio, cor. R. P. D. meo Caparra, ac in aliis relatis in priori causa decifione cor. Rev. Turonensi §. Martii 1691. §. Probatio, ac in secunda die §. Dec. eiusdem anni, §. Quomodo. Quae conclusio procedit non obstante dictione illa ipsius, cum qua concepta legitur substitutio proximiorum, quorum vocatio quando prout hic fideicommissum non fuit conditum ad favorem descendencium ipsius testatoris, coartari non debet ad solos existentem in linea contentiva proxima, sed bene extenditur ad proximiores omnes qui sunt ex eadem Testatoris familia, & etiam si originem habeant ex linea diversa, ad notata in terminis per Ciardin. contr. 107. num. 49. & seg. lib. 3. & contr. 210. num. 27. lib. 2. Fufar. de fideic. §. 320. n. 4. Card. de Luca de fideic. dist. §. 2. n. 12. & dixit Rota coram Cerro dec. 231. n. 6. in rec. dec. 293. n. 10. p. 1. dec. 41. n. 17. p. 19. & clarius p. 8. dec. 15. n. 10. & 11.

Et parvi denique referre visum fuit, quod cum anno 1584. in humanis existeret Iustinianus, & Aloyfius filii Joannis de Provasii, qui se scribitibus pro Ugolino asserbatur frater Antonelli argui exinde licite testatorem in vocatione ex linea proximiorum fuisse de illis familiae contentiva proxima, prout erant filii lo. fecit verba de illis familiae contentiva remota, in qua sunt fratres de Provasii, quandoquidem obiecto facillime removebatur ex duplici responfione, quarum prima est, quod ex publico instrumento exhibito Summario responfionis ad praesentem num. unico, plene confititur Joan. fuisse dumtaxat Testatori agnatum, non vero germanum fratrem; & altera quod cum Testamentum ab Antonello conditum fuerit anno 1576. utique probandum esset, quod de ipso praefato fratre sicut etiam in eodem praefatum mortui, quousque contraarium ab Ugolino tanquam eius intentionis fundamentum concludenter demonstraret, quemadmodum ponderant Card. de Luca de benef. dist. 22. n. 10. Rota divers. p. 1. dec. 102. n. 6. lib. 3. dec. 362. p. 1. p. 1. & in fine, coram Seraph. & coram Gregor. dec. 228. n. 2. & 4. & in omnem casum probatum non relevare in his terminis ad impediantur immisionem actoribus, quibus absque dubio fideicommissum est ad iudicandum, dum non comparant alii, qui se proximiores praesentem, ut in specie animadvertit posterior laudata decifio R. P. D. mei Molines, quae prodit sub die 1. Dec. 1690. §. final.

Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Urbeveta Fideicommissi.

Merc. 10. Maii 1690.

A R G U M E N T U M.

Nepotes veniunt appellacione filiorum, si Testator exopta verit familiae conservacionem, licet verba non adint que perpetuam indicent, cum perpetua habeatur ex ipso desiderio conservacionis familiae, per quod perpetuum & absolutum fideicommissum promanant. Facultas disponendi concessa filiis, extenditur etiam ad nepotes, maxime si non fuerit ex titulo gratuito, sed oneroso, vel amplissimis verbis extiterit concepta.

S U M M A R I U M.

- 1 Heredi fideicommissario debetur immisso.
2 Ex narrativa transacionis qualitate videtur tota subsequens dispositio, & causa finalis educitur.
3 Filiorum appellacione veniunt nepotes, & descendentes, si voluta fuerit conservacio familiae.
4 Etiam si non adint verba perpetuam conservacionem, cum perpetuam conservacionem voluit ea ipse, quod optata fuit familia conservacio.

- 1 Ex ratione conservacionis bonorum in domo, & familia, inducitur dicitur perpetuum, & absolutum fideicommissum inter vocatos, & unus confectur gravatus alteri restituere.
2 Si exoptata fuerit conservacio, ac augmentum dignitatis familiae, & domus, dicitur fuisse contemplativa agnata, non sola conservacio familiae materialis.
3 Eoque magis si qualitas rei iudicanda, utpote si prohibita sit alienatio alicuius rei conspicienda, qua conferret ad splendidiorem conservacionem dignitatis familiae.
4 Facultas disponendi concessa pro filiis extenditur ad nepotes.
5 Praesertim, si tributa fuerit in transacione.
6 Dispositio fideicommissaria est una species ex ultimis voluntariis.
7 Facultas disponendi favore filiorum, si sit ampla, extenditur ad nepotes, & descendentes.
8 Limitatur, si ampliusdum verborum restricta sit cum clausulis taxativis, vide n. 13. & 14.
9 Observantia potest demonstrare, quod sub nomine filiorum fuerint quoque comprehensi nepotes, & descendentes.
10 Verba — Salvo fideicommissio, cui omnia subiecta remanere intelligantur — important retentionem, & approbationem fideicommissi.
11 Haec non potest onus ab auctore acceptatum recusare.
12 Tacitum proprium non potest impugnavit.
13 Minusque eius haeres.
14 Dicitur — praedicta — est repetitio omnium supra expressorum.
15 Verbum — omnia — nihil excludit.

D E C I S I O X V I.

Pessundata spe concordiae, quae a Sacra Rota sub die 5. Maii 1687. Partibus innumata, post plures tractatus, & sessiones cor me inane habitas, concludi non potuit, sententiam Rotalem, in priori instantia a R. P. D. meo Hervault prolatam, revocavi ad novum examen sub dubio, An esset confirmanda, vel infirmanda, &c. & Domini ob gravitatem, & dubietatem articuli sub diebus 10. Decemb. 1688. & 28. Martii 1689. valide inter se discordes, & in variis tractatibus sententias, hostie tandem causa operatori studio discussa, & ab omnibus vix convergent in confirmationem d. sententiae.

Illius validitatem alioquin inconvolveram desumentes ex actis, iustitiam autem ex tribus decifionibus in priori instantia editis sub diebus 17. Martii 1684. 12. Jan. 1685. & 8. Febr. 1686. in quibus, sicut ex solidis fundamentis, & rationibus probatur, Caltrum Viceni fuisse subiectum fideicommissio quondam Antonii Sen. de Simoncellis, circa contraeritiam purificata ad favorem Comitum Odaviani ultimi masculi ex d. familia: ita recte ibidem firmatur, super locum Montium, de quibus agitur, utpote subrogatis in locum d. castri, competere immisionem Marchionis Arremisig de Simoncellis Adrici, & donatariae universalis eiusdem Com. Odaviani, sive ex utili Salviano interdicto, sive ex remedio leg. fin. C. de edit. D. Adriani tollen.

Et sane, quod d. Caltrum Viceni cadat sub fideicommissio Antonii, clarissime visum est, iterum hodie probari ex transacione inita inter Caltrum, Hieronymum Simoncellum, & dictum Antonium eius Patrem, in qua, et d. notatio d. castri legatur expressa facta dicto Antonio copulativae, & filiis, & cum ea lege praefata, quod illud non possit vendere, alienare, nec alicui obligare, sed valeat tantum inter dd. ejus filios per Testamentum, aut quamlibet aliam ultimam voluntatem ediderit, indeque inferri possit dictum caltrum subiectum non potuisse perpetuo fideicommissio ad favorem Nepotum, & ulteriorum descendencium Antonii in praedictum proprium filiorum, aequè principaliter contemplatorum, quibus ex dicta donatione jus fuerat quantum; nihilominus attentè atque integrè ponderato contextu totius transacionis, satis constitit donantem appellacione filiorum non solum intellexisse de filiis immediate natis, sed etiam nepotibus, & ulterioribus descendencibus, atque ita recte potuisse Antonium de d. castro disponere ad sui libitum inter filios, istoque ulterius fideicommissio gravare ad favorem nepotum, & descendencium ex eidemmet filiis, ut comprobant omnes decifiones D. mei Hervault.

Constitit, inquam, de tali voluntate, tum ex causa motiva, & finali, qua deventum fuit ad dictam transacionem, sive donationem, tum ex proprietate, & amplitudine verborum, tum denique ex uniformi observantia, sive actibus factis. Et quidem ex causa finali, & motiva, ob quam deventum fuit ad d. donationem, quia transigentes in proemio, Decif. ad Theat. de Luca Vol. III.

sive narrativa transacionis, ex qua tota subsequens dispositio qualificatur, & causa finalis educitur, iuxta tradita per Peregrin. conf. 36. n. 12. lib. 2. Grat. dist. 96. num. 29. & Rotam coram Royas, decif. 199. num. 2. & coram Sanctissimo Domino Nostro decif. 229. num. 15. & 16. expressè se declaraverunt, ad conservacionem, & concordiam devotius pro bono pacis, ac pro conservacione, & augmento dignitatis eorum familiae, & omni meliori modo; & eandem rationem expresserunt in ea parte dispositionis, in qua convenerunt, nem bona immobilia alienari possent, nisi inter filios, ibi, Item pro conservacione dignitatis familiae, & domus de Simoncellis, convenitur, &c. Stante autem tam enixo voto providendi per hanc transacionem conservacioni, & augmento dignitatis eorum familiae Simoncellae, seu prohibitioni alienationis d. castri in omnes alios, praeterquam erga filios, clarè exinde deprehenditur, quod intentio contraentium fuerit ut Antonius per hanc dispositionem nec etiam prohiberet providere nepotibus, omnibusque aliis descendencibus agnatis sub nomine filiorum factis comprehensis, cum alias disponendi facultas, & donatio transcedere non potuisset personas filiorum primi gradus Antonii, nullatenus impletur, imò in ipso principio frustraretur illa enixa voluntas providendi conservacioni, & augmento dignitatis eorum familiae, quae cum pinguis adimpleatur conservando bona in Nepotes, & descendentes, subintrat hic communis recepta conclusio, quod filiorum appellacione includuntur nepotes, & descendentes, de qua Salicet. in leg. maximum vitium num. 7. C. de liber. 3. praeter. Peregrin. de fideic. art. 22. n. 55. Fufar. de substit. §. 320. n. 31. cum seqq. Mantica. de consuet. lib. 8. r. 8. n. 17. Surd. de alim. lib. 9. §. 36. n. 37. Craff. in §. fideicommissum, qu. 10. n. 18. Castill. contr. jur. lib. 5. cap. 66. n. 33. Mantica. conf. 312. n. 7. & Rota coram Merlino, dec. 206. n. 30. in rec. dec. 297. n. 13. part. 15. & in Firmana fideic. 8. Junii 1665. §. Altera verò proposita, coram Veropio.

Nec vocatio nepotum excluditur, vel ex eo, quod ratio conservandi, & augendi dignitatem familiae, & domus de Simoncellis, non fuerit expressa cum dictionibus importantibus perpetuitatem, & successivam temporis tractum, vel ex eo, quod illa intelligi debeat de conservacione oeconomica, & materiali eiusdem familiae, non autem vere Agnationis. Etenim exoptata perpetuitatem supplet, ac satis praesertim voluntas ipsa contraentium conservandi, & augendi dignitatem familiae; nec non prohibitio alienationis Castri, aliorumque bonorum immobilium conventa ex hac eadem causa conservacionis familiae. Cum enim hoc nomen familiae sit collectivum, plures comprehendat, & secum trahat statum futuri temporis, votum conservacionis eiusdem dicitur de sui natura perpetuum, & durat, nedum respectu filiorum primi gradus expressè contemplatorum, sed etiam nepotum, & descendencium, sub filiorum nomine comprehendentium, ut in similibus tradunt Socin. Sen. conf. 11. n. 18. lib. 30. Curt. Jun. conf. 114. n. 18. Rota dec. 508. n. 1. par. 1. divers. decif. 264. n. 3. p. 4. tom. 1. & dec. 83. n. 10. part. 3. recens. & in fortioribus terminis, quod ex earatione conservacionis bonorum in domo, & familia, inducitur dicitur perpetuum, & absolutum fideicommissum inter vocatos, & unus confectur gravatus alteri restituere firmavit Rota in decif. 228. num. 30. coram Merlino decif. 472. num. 5. part. 14. dec. 372. num. 5. cum seq. part. 15. & in Bononi. successiois 14. Junii 1686. §. Advertendum tamen coram R. P. D. meo Benineasa, confirmata 21. Febr. 1688. coram R. D. meo Decano.

Prout nec dici valet contemplata sola conservatio domus, & familiae materialis, quia huic intellectui repugnant nedum verba transacionis praesertim conservacionem, & augmentum dignitatis familiae, & domus, quae respicientia veram agnationem, ut in individuo observat Rota in dict. Bononi. successiois, §. Ut firmatis, cor. D. meo Benineasa, & in altera §. Ut firmatis, cor. D. meo Decano, verum etiam qualitas rei agitur enim de castro, quod cum magis conferat ad splendidiorem conservacionem dignitatis familiae dicitur in prohibitione alienationis eiusdem contemplata vera agnatio, ut in terminis castri tradit Fufar. de substit. §. 389. n. 4. & de palatio conspicuo adverte Rota in dec. 20. n. 11. & 12. p. 19. rec. & dec. 163. n. 13. cor. Buratt. & in terminis bonorum a maioribus acquifitorum in Romana fideic. de Marefcotis 10. Jan. 1689. cor. h. o. me. Rondinino.

Ex natura autem facultatis disponendi de dicto Castro favore filiorum Antonio tributa, dicta vocatio nepotum quoque deprehenditur, quia propriè est talis facultatis uti concessa pro filiis, quod extendatur etiam ad nepotes, ut plene



8 probat in his terminis A. Golin. ref. 41. nu. 51. & 52. Castill. contr. jur. cap. 66. n. 63. & leg. Sord. dec. 73. fer. per tot. Ton. dut. qm. civil. c. 51. n. 9. & 11. & Rot. dec. 140. n. 7. & segg. p. 3. rec.

Maximè cum dicta facultas data non fuerit ex gratuita voluntate, & placito concedentis super re propria, & in dubiè spectans ad dominium donantis; sed data fuit per yam transactionis, ex quo Antonius donatarius præterdebat habere proprium ius in Castro Viceni, ut narratur in proemio transactionis. Id enim operatur, ut benignius ad favorem Antonii interpretetur facultas disponendi eidem concessa, sicut ut comprehendat sub nomine filiorum etiam nepotes; ut probant a fortiori auctoritates modo laudatæ.

Ex amplitudine autem, & proteritate verborum, quia dicta facultas disponendi nedum fuit indefinite concepta, sed per verba etiam generalia, & amplissima, ibi - Per Testamentum, vel quancumque aliam ultimam voluntatem, & alibi, reservando sibi facultatem testandi, prout sibi placuerit; sicut enim verba illa, Per quoscumque ultimam voluntatem, includunt omnem latum sensum, & modum disponendi per ultimam voluntatem, & sic etiam dispositionem fideicommissariam, que est una species ex ultimis voluntatibus, ex traditis per Barbof. d. d. 329. num. 2. Palm. Nep. alleg. 119. num. 5. A. Golin. ref. 10. num. 82. & Rot. dec. 364. n. 1. p. 1. diversitas illa alia, prout sibi placuerit, concedunt amplissimam facultatem testandi, & disponendi ad libitum, adeoque negari non potest, quin generaliter, & amplitudinè ista verborum importet liberam potestatem nedum disponendi ad favorem filiorum, sed etiam gravandi fideicommissario ad commodum Nepotum, & Pronepotum ab eis descendendum, ut tradunt in proximiis terminis Mans. consil. 249. sub n. 18. v. s. enim, cum duobus segg. tom. 3. Peregr. de fideicom. art. 40. n. 54. Grat. de cap. 50. n. 23.

Nec amplitudinè, & proprietariè verborum adversatur dictiones taxativæ, cum quibus d. donatio castri, & facultas disponendi de eo legitur concepta, nimirum - Conventur, quod D. Card. Simoncellus renunciat, & renunciat debet in favorem tantum & summatim Antonii, & eius filiorum natorum ex se, & D. Christophora del Monte eius legitima uxore, & non aliter, nec alio modo, pro favore suo aliteri cuiuscumque persona, etiam in quovis gradu conjunctæ, etiam interesse præcedentis, seu præcedentium, & paulo infra - Ita tamen, quod dictus Antonius d. castrum Viceni non possit vendere, alienare, nec aliter obligare, etiam ex quocumque causa, sed tantum inter prædictos, & d. D. Christophora filia per Testamentum - ex quibus tam donatio, quam facultas donandi, & disponendi videtur restricta ad solos filios primi gradus, & neque valet extendi ad Nepotes; tum quia dictiones, & clausula taxativæ ut supra relate ex tota lectura transactionis apparent, tantum adiectæ ad restringendam donationem, & facultatem disponendi ad filios natos ex Antonio, & Christophora del Monte; exclusivè quoad filios alterius, & Christophori, si quod Antonius Pater unquam contraxisset cum alia Muliere, nec non ad excludendum, ne sup. d. castro, alique bonis ius aliquod pretendere possent quæcumque alia persona, sive ob aliud fideicommissum antiquius, sive ex quo essent creditores Antonii magno erga alienatione gravati, uti bene ex verbis dictæ transactionis deducunt dicationes huius causæ, prima nempe, in §. Non obstantè donatione, secunda autem in §. Confiteo ergo, & ultima denique in §. Ex quibus solvato. Unde trahi non possunt ad impediendum legalem intellectum ex legitimis coniecturis superius comprobatur præferens sub appellatione filiorum venire nepotes, ut advertunt omnes dictæ causæ decisiones in locis relatis.

Tum quia eadem dictiones taxativè non tollunt, quin iuxta subiectam materiam venire non possint persona conformes ex proprietate verborum tacite sub dispositione comprehensæ, & erga quas viget eadem contrahentium intentio, & affectio; satis enim operatur effectum suum, excludendo alias personas ab istis diversis, Barbof. d. d. 37. n. 5. & d. d. 402. n. 8. Gurtier. Canon. quest. n. 9. 15. lib. 2. c. 14. n. 4. & segg. & præf. lib. 3. n. 23. Cald. de emp. c. 14. n. 23. & c. 20. n. 15.

Et demum ex subsecuta uniformi observantia hoc idem resultat, quinimo his, si quæ adhuc dubietas remanet, tollitur, quia Card. Simoncellus donans in omnibus a cibus successivè pro ipsum gestis nedum præsupposuit, sed expressè declaravit hoc castrum subiectum fideicommissio paternæ ad favorem omnium descendendum. Tales namque actus facti de tempore non suspecto ab eo, qui circa suam voluntatem explicandam errare non valet, valde conferunt ad explicandam eiusdem mentem ab initio

14 Minus subsistit secundum, quod dicta preservatio, & acceptatio fideicommissi contenta in laudo, & in subsecuta acceptatione, non respiciat castrum Viceni, sed tantum alia bona paternæ, super quorum successione, & divisione versabantur controversiæ compromise in Cardinale Aldobrandinum, etenim contrarium ostendit lectura ipsius laudi, ex eo namque constat, quod controversiæ dict. fratrum nedum cadebant super successione bonorum communis Patris, sed in specie super divisione castri Viceni, quodque post illud denunciavit, & duas partes Launanie, alique bona paternæ immediè subiectæ preservatio, salvo nihilominus in his fideicommissio paternæ, cui omnia bona prædicta subie-

dubiam, ut præter auctoritates relatas in 2. decis. huius causæ 12. Januarii 1686. §. Quæ præfatio omnia, cor. D. meo Hervault, firmavit Rot. in dec. 382. nu. 24. cor. Seraph. & dec. 9. n. 24. & dec. 46. n. 15. post Torr. de pact. fut. succell. dec. 77. n. 16. post Bonden. Collud. Legat. & dec. 238. n. 50. p. 5. dec. 402. n. 31. p. 9. & dec. 536. n. 20. p. 18. rec.

Constat siquidem in facto, quod idem Cardinalis Simoncellus, alique eius fratres, & filii respectivè Antonii fideicommissitenti, non solum in genere acceptantur paternam dispositionem cum omnibus substitutionibus super castro Viceni ordinatis, & nunquam reclamantur coram Pontifici facultates sibi tributas excessivè gravando fideicommissi opere rem ipsorum propriam, sed expressè etiam in tempore duo ex eis declarantur præfatio fideicommissio dicta bona subiecta; nam post obitum Antonii Testatoris subortis controversiis inter Cardinal. Hieronymum, & Bellarium fratrem super divisione bonorum paternorum, iisque compromissis in Personam Cardin. Aldobrandini, ille suum laudum tulit, in quo certum modum præscripsit dividendi d. castrum, alique bona paternæ, cum expressa tamen preservativa fideicommissi paterni, ibi - salvo nihilominus ex fideicommissio paternæ, cui omnia prædicta subiecta esse, & remanere intelligantur, iuxta illius sermone, & contingentiis - Istudque laudum nedum a partibus fuit acceptatum, sed executioni etiam demandatum, repetita eadem preservativa fideicommissi, ut in hodierno summario n. 50. littera A. & C. Quæ quidem verba, cum sine dubio importent repetitionem, & approbationem fideicommissi, ex firmatis per Rotam in dec. 425. n. 3. p. 14. dec. 6. n. 4. & 6. p. 15. ex dec. 277. n. 1. & seg. p. 18. rec. & in Senogallens. fideic. 14. Jan. 1681. §. Clarior autem, coram bo. Me. Rondinilio, vob. operantur, ut facultas à Cardinali collata Antonino de d. bonis disponendi intelligatur ab initio concessa ad favorem nepotum, & aliorum etiam descendendum, vel saltem quod partes ipse per talem consensum, sive acceptationem sibi præiudicant, ita ut omnino teneantur partem voluntatem servare, neque huiusmodi onus, seu gravamen modo positæ ab hæredibus d. filiorum retici, aut recitari, ad tradita per Becc. consil. 6. n. 19. Hieron. Palm. consil. 38. n. 37. cum seg. Cald. de emphy. lib. 2. q. 46. sub n. 15. v. s. Et quod primo, cum seg. Erago. de regim. Reip. Christ. tom. 3. lib. 6. d. 10. §. 25. n. 4. & Capon. controv. §. nec. 3. n. 27. & dixit Rota in dec. huius causæ sub die 12. Jan. 1685. §. hoc vero, & in Confirmatoria §. Feb. 1689. §. Quandoquidem, cor. D. meo Hervault.

Nec ad tollendam viam, & efficaciam huius actus, quidquam relevant tria obiecta in contrarium adducta, non quidem primum, quod præfatum laudum Card. Aldobrandini latum ad effectum componendi controversias ortas inter Card. Simoncellum, & Bellarium, ac respectivè d. laudi acceptatio ab eisdem partibus facta non valet præiudicare aliis ipsorum fratribus, qui illud non acceptantur, & consequenter nec etiam Antonio Juniori Scipionis filio, & respectivè Authori Monialium, tum quia Antonius Junior, & alii filii Scipionis fuerint heredes Cardinalis Patris, ut liquet ex additione d. hereditatis in facto iustificata, & admisa in tribus decisionibus prioris instantiæ; tum magis quia d. Antonius in divisione castri Viceni inita de anno 1617. inter ipsum, & Bellarium, & nuper producta, expressè approbavit, & emolgovit d. laudum cum præcisâ protestatione, quod illi in nihilum præiudicantur intelligeretur, sed omnia in eo expressa, & contenta profus in suo robore permanere deberent, eodem §. num. hodierno n. 6. Quibus stantibus quemadmodum Antonius non potest d. laudum à suo auctore, & ab ipso acceptatum, & approbatum impugnare, obstantè dispositione Tex. cum à Matre, C. de rei vind. et. quod semel fit. de reg. jur. ita nec etiam potest Monasterium Monialium, quod est heres etiam Antonii, ut ait Rota in dec. 150. n. 4. cor. Peuting. dec. 361. n. 11. coram Pamph. et in rec. dec. 27. n. 13. dec. 164. n. 16. et dec. 270. n. 8. par. 18. & dec. 232. num. 10. par. 19. rec.

2 Minus subsistit secundum, quod dicta preservatio, & acceptatio fideicommissi contenta in laudo, & in subsecuta acceptatione, non respiciat castrum Viceni, sed tantum alia bona paternæ, super quorum successione, & divisione versabantur controversiæ compromise in Cardinale Aldobrandinum, etenim contrarium ostendit lectura ipsius laudi, ex eo namque constat, quod controversiæ dict. fratrum nedum cadebant super successione bonorum communis Patris, sed in specie super divisione castri Viceni, quodque post illud denunciavit, & duas partes Launanie, alique bona paternæ immediè subiectæ preservatio, salvo nihilominus in his fideicommissio paternæ, cui omnia bona prædicta subie-

subiecta esse, & remanere intelligantur, iuxta illius sermone, & contingentiis. Hæc enim verba cum fuerint generaliter, & indefinite in una eademque orationis periodo prolata, sine dubio referuntur tam ad bona, quam etiam ad castrum supra enunciatum, nequissimè restringi ad alia dumtaxat bona citra violationem recti sermone, & absque impropratione verborum, maxime cum non solum ad dicta prædicta, quæ fuissent ex repetitione omnium supra expressorum, Rota dec. 1616. n. 9. coram Cocc. & dec. 248. n. 4. coram Ubaldo; sed etiam additum verbum omnium, quod nihil excludit, & cuncta ea, quæ fuerunt superius enunciata, nempe castrum, & bona comprehendit, Barbof. d. d. 241. per tot. & n. 11. Rota dec. 221. n. 10. & dec. 277. n. 11. par. 13. & dec. 295. n. 10. p. 14. rec.

Et tollitur omnis difficultas ex supra recensito actu divisionis inire inter Bellarium, & Antonium Juniore super supra dictam castri divisionem non intelligi præiudicium illatum condidivisionem respectu laudi à Card. Aldobrandini latam, manifestè exinde deducitur, quod preservatio fideicommissi in dicto laudo contenta cadebat super castro etiam Viceni: alius inuris, & inepta fuisset expressio, seu preservatio laudi in subsecuta castri divisione, ut ex illius lectura clare deprehenditur.

Neque demum plus valet tertia animadversio, quod si castrum in laudo Card. Aldobrandini fuisset consideratum ut fideicommissarium Antonii Patris, fuisset utique ibidem Bellario adiecta quarta illius pars, sicuti decum fuit de alitis bonis paternis: sed cum assignata fuerit tertia tantum pars, hæc portio dicatur tradita Bellario tamquam uni ex tribus filiis Antonii proprio iure vocatis in donatione Card. Hieronymi. Etenim controversia inter dd. Fratres exorta super successione castri, non fuit circa existentiam fideicommissi, de qua inter partes nunquam fuit dubitatum, sed contentioni fomentum præbuit præsentio Bellarii in eo fundata, quod dum Cardinalis donavit Antonio Patri castrum cum facultate disponendi inter filios non potuerit ex post ipse disponere favore eiusdem Cardinalis donantis, ex quo illius persona tamquam loquentis, non effect fuit dicta dispositio comprehensa: de contra autem presentente Cardinalis successione pro quarta parte omnibus bonis paternis, ac etiam super eodem castro, tamquam unus ex quatuor filiis ab Antonio Patre institutis, Card. Aldobrandini Arbitr in hoc statu laudavit, quod tertia pars castri una cum duobus quartis Launanie, aliorumque bonorum paternorum assignaretur Bellario, salvo nihilominus in his fideicommissio paternæ, cui omnia bona prædicta subiecta esse, & remanere intelligantur. Cum ergo assignatio tertie partis dicti castri ex alio processerit fundamento, quam ex libertate à fideicommissio paternæ, quinimò cum istud expressè fuerit super eodem castro preservatum, nullum ex hoc modo dividendi elici potest validum argumentum pro impugnatione eiusdem fideicommissi.

Et ita non semel, nec bis, sed quater causa proposita, & ab omnibus visa, resolutum fuit Partibus semper accersimè informantibus.

R. P. D. CAPRARA.

Urbevetana Censur.

Luna 26. Martii 1696.

ARGUMENTUM.

Vocatio nepotum desumitur ex vocatione filiorum, ex quo contemplata fuit agnatio, prohibita alienatio, perpetuitas pluries expressa, verita Trebellianicæ detractionis, advocati nepotes in aliene familie vocatione.

SUMMARIUM.

- 1 Filiorum nomine non vocantur nepotes.
  - 2 Secus tamen est consecutio coniecturis.
  - 3 Altera autem ex coniecturis est contemplatio agnationis.
  - 4 Alia coniectura in prohibitione alienationis cum verbis perpetuitatis importantibus.
  - 5 Item perpetuitatem pluries testator expressit.
  - 6 Rufus si prohibita fuerit quæcumque detractione Trebellianicæ.
  - 7 Ac si in vocatione aliena familia nepotes testator vocaverit.
  - 8 Perpetua coniectura agnationis, & prohibio alienationis præst in primis substituitur verisimili.
- Limita, quæ verba sunt de per se & per modum regula in sua oratione parata, n. 10.
- Etiam si ad ista dictiones relata n. 11.
- 9 Exceptio Testatoris conservandi agnationem, & quod bona Decis. ad Theor. de Luca Vol. III.

non alienentur, quando dicatur stare de per se, & per modum regula.

12 Verba - ordine successivo ut supra referuntur ad ordinem succedendi, non autem restringunt fideicommissum ad personas nominatas.

13 Filius testator vocati in portione Patris, si testator voluerit, ut hereditas integre restitatur.

14 Extinctio census facta per confessionem de recepto cum herede gravato, non præiudicat fideicommissario.

15 Minus que præiudicaret, si pecunia non fuerit depostata, non obstantè, quod addest pactum.

DECISIO XVIII.

PER obitum Francisci aperto fideicommissio quondam Cypriani ad favorem Eq. Antonii, & fratrum de Saracinnis illius filiorum, obtinuerunt isti mandatum de immitendo, cuius vigore ad peti sunt possessionem duorum censuum fideicommissariorum, pro quorum fructuum consecutione cum postmodum egissent coram A. C. duo mandata reportantur contra bona hereditaria Petri Pauli, & Lucæ Antonii de Cerbaria dd. censuum debitorum, adversus que cum Signatura Iustitiæ causam appellacionis mihi commissæ cum clausula, si quid exegerit, dadi dubium, an mandata sint exequenda, & attenda eorum validitate, & Iustitia, Domini assertivè responderunt.

Validitas habeat ex adis: iustitia autem, que unice pendet ab eo, an actores sint vocati ad dictum fideicommissum Cypriani Saracinnelli, clarè apparet ex eius Testamento, ubi heredem instituit Ferdinandum Nepotem, eiusque filios legitimis, & naturales, eique decedenti sine filiis, substituit Alexandrum dicit Ferdinandum germanum fratrem, eiusque filios legitimis, & naturales: cui pariter decedenti sine filiis, substituit Marcum Antonium alterum fratrem, eiusque filios legitimis, & naturales, sub quorum filiorum nomine licet regulariter non veniant Nepotes, prout sunt actores, ut filii Francisci filii dicti Alexandri heredes instituti, ex traditis per Card. de Luca de fideicommiss. d. 71. n. 4. & d. 72. n. 2. cum seg. Rota dec. 173. n. 3. post Torr. de pact. secus tamen est consecutio coniecturis, Peregr. consil. 59. n. 4. lib. 5. Simon de 2. Reg. consil. 56. n. 9. Adde. ad dec. 169. num. 12. & 13. par. 8. recent. & dec. 40. par. 5. & dec. 548. nu. 26. coram Bich. quales non deficient in presenti.

Quarum prima, & potissima est, quod fideicommissitenti expressè declaravit suæ intentionis esse, ut omnia, & singula eius bona perpetuo conserventur in sua agnatione, & familia de Saracinnis, ut in Testamento, de quo in Summario num. 5. §. & aliterius, quia intentio: Ubi enim contemplatur agnatio, & perpetuitas, sub verbo filiorum comprehenduntur etiam Nepotes, & ulteriores descendentes, ut tradit Bellon. Jun. consil. 2. n. 18. cum pluribus sequentibus. Giovagnon consil. 75. num. 26. lib. 1. Caren. resol. 67. num. 9. cum duobus sequentibus. de Luca de fideicommiss. d. 70. num. 9. Rota dec. 17. 465. num. 14. par. 14. recent. & in terminis fideicommissi transverfalis, Rota coram Merlino, dec. 206. à nu. 38. & dec. 228. num. 25. & in Urbevetana fideic. 16. Martii 1684. §. Non obstantè, & 11. Jan. 1685. §. Et tamen, & 8. Febr. 1688. §. Quoniam, cor. Rev. Turonen. & 10. Maii 1690. §. Et quidem cor. R. P. D. meo Urfino.

Secunda est, quia ex eadem expressa causa perpetuè conservacionis bonorum in familia prohibuit quæcumque alienationem: talis enim prohibitio cum verbis perpetuitatem denotantibus operatur, ut appellacione filiorum dicantur comprehendit etiam Nepotes, ut dixit Rota coram san. mem. Alexandro VIII. dec. 113. nu. 16. & 17. Manzan. dec. 217. n. 2. Merlin. dec. 206. sub nu. 30. & dec. 228. n. 25. & in rec. dec. 718. sub nu. 2. & dec. 3. p. 2. et dec. 40. nu. 5. p. 5. & in d. Urbevetana fideicommissi 1690. §. Novissimo, coram R. P. D. meo Urfino.

Tertia, quia non semel, sed bis, ter, & quater hanc perpetuitatem expressit, & in qualibet parte Testamenti expressit, ut in primo §. Item voluit, ubi iniungendo investimentum pecuniarum existentium tempore sui obitus in tot censibus, seu locis Montium, seu bonis stabilibus, addidit, ut perpetuo conserventur in eius hereditate, & in §. seg. ubi prævidendo causam extractionis eorumdem locorum, & retrovenditionem censuum, mandavit iterum pecunias investiri in alia loca, & census, addendo, ut perpetuo conserventur in eius hereditate, & demum in §. Et aliterius, quia intentio, ubi exoptando honorem suæ agnationis, & familie de Saracinnis, iterum, & serio expressit suam intentionem esse: ut omnia, & singula bona, que remanebant,







in eodem Testamento enixè, & per caput separatim prohibuit, ne ullo unquam tempore, & ex quacumque causa, bona alienari possent, declarando irritum, quidquid in contrarium factum fuerit; quæ verba important alienationis prohibitionem in perpetuum, Gratian. discept. 765. num. 25. Rot. dec. 718. n. 3. par. 2. rec. & dec. 357. num. 5. vers. Et ulterius cum seq. par. 5. & dec. 305. n. 16. vers. Et concurrunt, & seq. p. 12. rec. Ex quo enim dicens perpetuam desideravit, capienda est interpretatio, ex qua ipsa perpetuitas in omnes descendentes conservetur, non autem quod in primo gradu filiorum dispositio perimatur, ut arguit Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 38. Gratian. dicit. discept. 765. n. 62. Rot. dec. 719. n. 2. vers. Ex quo enim p. 2. rec.

Secunda, quod hæres instituit ejus filios masculos, & cum eadem qualitate masculinitatis substituit filios nascituros, eandemque qualitatem repetit in Codicillis, §. 1. ibi: Si decesserit sine filiis masculis, & inferius lit. D. masculos simpliciter expresse abque illa denominatione filios, ibi: Ad alios masculos transferatur, quo casu appellatione filiorum veniunt descendentes, Cravet. conf. 155. num. 8. vers. S. considero, Roland. conf. 70. n. 39. & seq. lib. 3. Rot. cor. Amat. Dunozet. dec. 3. n. 5.

Prefertim concurrente exclusione foeminarum, quam in Codicillis superaddidit Testator, mandando filias foeminas dotari, & residuum bonorum devolvad filios masculos, & filiorum filios, cujus exclusionis virtute dicitur contemplata agnatio, ut advertit Paris. conf. 86. n. 29. vol. 2. 6. Ruin. conf. 161. n. 6. & 7. lib. 3. Soccin. Jun. conf. 181. lib. 2. Curt. Jun. conf. 111. n. 10. Mantix. de episc. lib. 6. tit. 15. n. 8. Rot. dec. 105. n. 4. & 5. par. 1. rec. & dec. 213. n. 5. post Torr. de pati. futur. success. & inde inductum fideicommissum favore nepotum, 7. Curt. Jun. conf. 19. n. 1. & 10. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 22. n. 55. Mantix. de consuet. lib. 3. tit. 8. n. 17. Seraph. dec. 1486. nu. 4. & d. decif. 313. n. 7. post Torr.

Tertia conjectura est, quod testator referendo in Codicillis lit. A. eandem substitutionem filiorum nasciturorum factam in Testamento, illam repetit per eadem verba indefinita abque ulla relatione ad filios hæredes, ibi: quod in substitutione facta de filiis nascituris voluntatis suæ fuit, & est, quod intelligatur de nascituris ex legitimo matrimonio, & non aliis, & cum exclusione spuriarum, & legitimarum etiam per subsequentes matrimonium; ex qua repetitione magis in aperto ponitur testatorum intellexisse de filiis in lata significatione complectente omnes descendentes; substitutio enim absoluta, & indefinita filiorum nasciturorum, cum æquivalenti universalis facta de omnibus filiis nascituris, non solum filios primi gradus, sed nepotes, pronepotes, & reliquos complectitur, ut præter supra allegatos in princ. dixit Rot. Florent. res. l. a. per Modern. Lucif. de success. in maiorat. p. 3. dec. 57. n. 33. & in anteced. n. 23. & 24. 15. n. 4. Fufar. de substit. p. 320. n. 66. & in anteced. n. 23. & 24.

Quarta est, quia Testator habuit per synonymis verbum filii, & verbum descendentes, dum in Codicillis cum verbo successores illos expresse, quod est idem ac descendentes, ut notat Fufar. de substit. p. 339. n. 13. quæ circumstantia maximum præbet argumentum pro comprehensione nepotum, & aliorum descendendum sub appellatione filiorum, Modern. Camerinen. alleg. 22. n. 14. & alleg. 24. n. 5. Fufar. de substit. p. 320. n. 78. & 79. Mantix. de consuet. n. l. volum. lib. 3. tit. 8. n. 11. Rot. dec. 402. n. 6. p. 9. rec.

Quinta deducitur ex eo, quod in casu obitus alicujus ex filijs instituitur cum filiabus foeminis, voluit hæreditatem, & bona devolvad alios filios ipsius testatoris, & filiorum filios in stirpe, & non in capita; ex qua clausula, si superesset nepos ex filio, concurreret cum patris, quia successio in stirpe non datur in his, qui sunt in pari gradu, sed in dispari, & per consequens respiciuntur posteriores descendentes, Barz. dec. 9. num. 7. Modern. Camerinen. d. alleg. 24. num. 8. cum aliis apud ipsum.

Sexta resultat ex declaratione per eum emissa in proemio Codicillorum, quos ad confirmationem Testamenti, & declarationem fideicommissi in eo appositi, conficere aferunt, ubi protestatus est se ad Codicillorum dispositio, nem devenerit, ibi: Circa quadam animam, & voluntatem suam iustis de causis moventia, de familia, de posteritate, ac bonis suis consulens; dum enim habuit intantum consulere familia, posteritatis, & bonis, dicendum est appellatione filiorum intellexisse de descendentes, qui nomine familie, & posteritatis comprehenduntur, juxta Text. in l. Jurisconf. §. Dorotheo, ff. de gradib. Bart. in litem prior. S. n. 2. ff. de suis, & leg. Paris. conf. 20. n. 12. vol. 1. & conf. 164. n. 4. vol. 3. Roland. conf. 70. n. 20. & seq. vol. 3.

Septima elicitur ex voto conservationis bonorum in familia; & agnatione sapientis, & enixè repetito, & quidem principaliter, & de per se, cujus causa prohibuit hæredibus quamcumque bonorum suorum alienationem, permutationem, locationem ad longum tempus, omnemque alium contractum, per quem dominium etiam utile transferatur, noluitque Ecclesiam, & Monasterium succedere locum filii, aut bona devenerit ad fiscum, d. declarans (ut sunt verba præcisa) mentem suam esse principaliter providere pro conservatione bonorum suorum in familia. Quod sanè votum, & declaratio voluntatis conservandi bona in agnatione, cum sit posita de per se, & pluries repetita, per caput separatim cum verbo item, ac per viam additionis, & declarationis, ut patet ex lectura Codicillorum, & notat Rota cor. Cavaler. dec. 481. n. 6. cum aliis infra allegandis; non solum inferuit pro conjectura vocationis nepotum sub verb. filii, Curt. Jun. conf. 111. n. 11. Rota Florent. d. dec. 57. n. 40. vers. bis accedit, & Rota nostra in dec. 6. n. 30. & dec. 22. n. 29. p. 5. rec. quæ sunt penes Merlin. dec. 206. & 229. verum etiam separatim, & absolutum fideicommissum importat in favorem omnium agnatorum etiam extra casum alienationis, per ea, quæ tradidit Rota penes Giovagn. conf. 75. n. 72. & seq. & dec. 21. nu. 2. p. 2. div. Cavaler. d. dec. 481. n. 4. & seq. cor. Merlin. d. dec. 228. n. 30. cum seq. & plenus in his terminis fuit nuper firmatum in Urbevetaena census 26. Martij proximi præteriti, §. Non obstat declaratio, coram me.

Octava resultat ex prohibitione detractionis Trebellianicæ facta filiis, & hæredibus supradictis, ac etiam substitutis, qui aliàs, nisi fideicommissum progressivum fuisset ultra nepotes, potuissent de omnibus bonis liberè disporre, nec fuissent ulterius gravati restituere, prout ipse Testator intellexit, ac voluit esse gravatos, ibi: Declarans, quatenus opus sit gravamen esse impositum venientibus ab intestato ipsorum institutorum, & substitutorum, ut perpendit Decian. conf. 41. sub. n. 36. lib. 1. Mantix. de consuet. lib. 1. tit. 3. nu. 14. in fin. Rot. in Præfatione fideicommissi 2. Junij 1681. §. Concurrunt, coram Card. Matthæo.

Nona demùm est simili prohibitione detractionis legitima facta nem filijs, verum etiam eorum successores, qui (ut proxime didimus) nisi fideicommissum duraret ultra nepotes, potuissent de omnibus bonis liberè disporre, ut arguunt mox allegata auctoritates.

Non obstant responsiones, quæ singulis conjecuris afferuntur per informantes pro Comitibus Vincentina Carolina, quod nimirum vocatio restricta fuerit ad filios, & eorum filios, quodque gravamen impositum substitutis referri debeat ad primos hæredes, qui fuerant invicem, & matri substituti; quia hujusmodi responsiones nullam animadversionem promereri possunt, si conjectura superius relatæ copulativè, & simul iunctæ accipiuntur, ut feri debet ad eruendum voluntatem Testatoris, Mart. Medic. dec. Senen. 1. n. 91. Rot. d. dec. 6. n. 34. & dec. 22. n. 26. & seq. p. 5. rec. & dec. 3. n. 8. cor. Amat. Dunozet.

Posito ex his fideicommissi defensivo, non obstat, quod Comitissa tanquam unica superius filia Annibalis Junioris ex Annibale Sen. Testatoris filio trinepotis, se dicat vocatam tanquam Agnatâ; quia cum ex prædictis versetur in fideicommissi ordinato pro conservatione bonorum in agnatione, foemina non succedit existentibus masculis, Fufar. de substit. p. 312. n. 9. Rota dec. 65. n. 21. & seq. cor. Cerro, & in Anconitana fideicommissi 11. Maii 1687. §. parum relevante, cor. bon. mem. Rondinino. Non relevante, quod Joseph actor sit descendens ex alia linea, quia cum ambo descendant ex eodem Annibale Sen. communi stipite, licet ex diverso columnello, hoc satis est ad inducendum reciprocum gravamen inter descendentes utriusque columnelli, ut respondit Rota dec. 330. n. 27. par. 17. rec. dec. 417. n. 14. coram Priol. & in Romana fideicommissi de Ursinis 1. Febr. 1685. §. Tertia, & in Anconitana fideicommissi 27. Junii 1685. §. Data itaque, coram b. m. Albergato, & in Romana fideicommissi de Avila 16. Junii 1692. §. Probato autem, coram Rev. D. meo Decano.

Hæc quoad fideicommissum Alexandri; quo verò ad alterum Annibalis, domini dixerunt illud resultare ex ipsius testamento, ubi instituit hæredibus quatuor eius filijs masculis, confirmando fideicommissum Alexandri sui patris, voluit omnia sua bona eadem fideicommissio esse subiecta, illudque (sunt verba præcisa) per supradictos eius filios, & hæredes, ac alios successores, & descendentes, juxta tenorem dicti fideicommissi nominatos, in omnibus, & per omnia mandavit sub eisdem verbis, & caducitarius in illo appositis servari; Unde litteralis est vocatio descendendum, qualis est Joseph Actor

Actor Nepos Annibalis ex Horatio filio. Non obstante replicatione, quod Testator eos vocaverit præsuppositivè, uti scilicet vocatos in fideicommissum Alexandri, quia placuit dilemma, quod aut Annibal sciverit eos non esse comprehensionem centri debet voluisse condere non esse fideicommissum; aut verò id ignoravit, sed potius creditur fuisse vocatos, & ex hac loca præsuppositione in eo, qui liberè potest disporre, resultat præsuppositivum in fideicommissum, ut pluribus relatis firmat Rota dec. 86. n. 13. & dec. 360. n. 6. p. 17. rec.

Et ita, partibus informantibus, fuit resolutum.  
R. P. D. CAPRARA.  
Romana, seu Reatina fideicommissi de Vicentinis.

Veneris 4. Julij 1695.

ARGUMENTUM.  
Firmatur id quod constat fuisse in alia antecedenti decisio-  
ne decimum.

- 1. **S U M M A R I U M.**
- 1. **E**x indefinita filiorum nasciturorum vocatione oritur etiam sub illorum nomine comprehensio nepotum, & descendentium.
- 2. Præsertim si hæc eadem indefinita substitutio fuerit in Codicillis repetita.
- 3. Nepotum, & descendendum vocatio sub nomine filiorum, resulat, si testator declaraverit velle consulere familia, & n. 5.
- 4. Nepotes veniunt appellatione familia, & n. 5.
- 5. Veniunt etiam sub nomine posteritatis.
- 6. Declaratio Testatoris appellatione, & posteritatis consulere, probat Testatoris voluntatem instituentis descendens fideicommissum favore descendendum.
- 7. Favore Nepotum, & descendendum, verba enuntiativa futuri eventus, quæ in aliis casibus non sufficerent, fideicommissum inducunt.
- 8. Declaratio testatoris conservandi bona in familia, importat perpetuum, & absolutum fideicommissum inter omnes de familia.
- 9. Filiorum nomine veniunt nepotes, si prohibita fuerit detractionis Trebellianicæ & Legitima, tam filiis, quam substitutis.
- 10. Filiorum nomine veniunt nepotes, si foemina fuerit exclusa.
- 11. Ex quibus filiorum nomine dicuntur vocari nepotes, & descendentes.
- 12. Pronepotes, & descendentes Testatoris veniunt in fideicommissi defensivo favore omnium de familia.

**D E C I S I O XX.**  
Purificatio gemini Josephi, Alexandri nempe, & Annibalis, ad favorem Josephi, de qua Rota non dum hodie visa fuit ex rationibus in decisione adductis.  
Cum enim Alexander, quique eius filijs masculis hereditas instituit, per verba indefinita, & independentia substituit filios masculos nascituros abque ulla restrictiva ditione, quæ denotet filios immediatè natos ab institutis, censetur non solum de filijs primi gradus, sed etiam de ulterioribus descendentes intellexisse, ut pluribus cumulatis lætè probat præcedens decisio, §. Confess. sanè, & seq.

Atteno præsertim, quod in subsequentibus Codicillis Testator eandem substitutionem filiorum nasciturorum cum iidem fere verbis independentibus, & indefinitis conceptam repetit, ibi: Dixit, quod in substitutione per ipsum Codicillatam facta ad filios, & hæredibus instituit de filiis nascituris, & c. in §. subsequentibus, ibi: Declaravit, quod in substitutione facta de filiis nascituris, voluntatis suæ fuit, & est, quod intelligatur de nascituris ex legitimo matrimonio. Quæ repetitio magis enixam eius voluntatem ostendit circa indefinitam filiorum nasciturorum vocationem, quæ cum æquivalenti universalis factæ de omnibus filiis nascituris, non tantum filios immediatè natos, sed nepotes, pronepotes, & reliquos complectitur, ut postulat eadem decisio, §. Tertia conjectura, & cum ipsa, Rota Florentina in decif. impressa apud Modern. Lucif. in tract. de success. in maiorat. p. 3. dec. 57. n. 33. cum aliis concordantibus apud ipsum.

Inquam sententiam eo facilis DD. inclinatur, attentis pluribus, & urgentibus coniecturis relatis in decisione inter quæ aptissima fuit, quod in proemialibus verbis Codicilli, quem ad effectum declarandi disposita in Testamento, & fideicommissum iam ordinatum, Testator exaravit, expressè procreatus fuit, velle consulere familia,

posteritatis, & bonis suis; per que verba vel dicendum est, vocando filios nascituros, intellexisse de filiis, nepotibus, ac aliis descendentes, qui propriè veniunt appellatione familia, leg. pronunciatio, §. famul. ff. de verb. signif. glof. in l. vocatis, ff. 3. de muner. & honor. Cephal. conf. 386. num. 9. & seq. prout etiam sub nomine posteritatis, l. Jurisconsultus, §. Pariter, ff. de gradib. Bartol. in l. bis verbis, ff. de legat. 3. Fufar. conf. 69. n. 13. & conf. 73. nu. 21. & 22. & quidem in infinitum. Ruin. conf. 22. nu. 11. cum tribus seq. Petra de fideicommissi, quæst. 8. n. 507. & seq. Fufar. d. conf. 79. nu. 12. vers. accedentes, Cephal. conf. 372. nu. 12. et d. conf. 386. num. 10. et 11. & in specialibus terminis, Ciardin. controu. 219. sub num. 21. vers. sed nihilominus, cum quinq. seq. et num. 71. et 72. quam intentionem sic expressam tamquam declarativam substitutionis attendendam esse, dixit in his terminis Borgnini. Cavalcan. dec. 23. sub n. 19. vers. quamvis possit, et n. 20. p. 3.

Vel dicendum, per ea verba voluisse inducere fideicommissum descendendum favore eius descendendum, cum denotent desiderium Testatoris, in quos bona sua devenerit cupiat, iuxta text. in l. etiam hoc modo, et l. et eo modo, ff. de legat. 1. & in similibus verbis firmavit Rota in Romana census, seu fideicommissi 9. Aprilis 1666. §. Sed bene cor. Rever. Bourlemon. Episcopo Bourdegalen. & latius in eius confirmatoria, subtit. Romana fideicommissi 23. Jan. 1668. §. Nec obstat, et §. Jure quidem, et per tot. coram eodem. Maxime quia agitur de fideicommissum respectu filiorum, nepotum, ac descendendum, quorum verba verba ipsa enunciata futuri eventus, quæ in aliis casibus non sufficerent, fideicommissum inducunt, l. unum ex familia, §. ff. de l. 2. l. fideicommissa, §. hæc verba, l. Pampbil. in princ. de leg. 3. Rota dec. 640. num. 14. et 16. p. 1. divers. & in d. Romana fideicommissi 23. Jan. 1668. §. Jure quidem in fin.

Equè potens fuit altera conjectura resultans ex subsequenti serie Codicilli, ubi Testator pluries, ac enixè declaravit suam intentionem esse principaliter providere conservationi bonorum in agnatione, & familia, & in ea integrè servari, & ad effectum prohibuit quamcumque bonorum suorum alienationem, permutationem, locationem ad longum tempus, omnemque utilem contractum, per quem transferatur dominium etiam utile, exclusivè Ecclesiam, & Monasteria, quæ nolit succedere loco filii, nec in fisco, & servandi bona in sua familia, non solum defumitur coniectura comprehensionis nepotum, aliorumque descendendum sub nomine filii, cum illud nomen familie, & tamquam collectivum, illos omnes complectatur, ut arguit Rota in Urbevetaena fideicommissi 10. Maii 1690. §. Nec vocatio nepotum, coram R. P. D. meo Uffino; sed etiam ex ea, tamquam posita de per se principaliter, & in separata oratione, dicitur inductum perpetuum, & absolutum fideicommissum inter omnes de familia, itaut unus censetur gravatus alteri restituere, Curt. Jun. conf. 114. n. 18. Rot. dec. 568. n. 1. divers. et in rec. dec. 264. n. 3. p. 4. tom. 1. Rota in d. Urbevetaena fideicommissi 10. Maii 1690. §. Nec vocatio in fin. & ultra deducta in decisione, quæ confirmatur, §. Septimus elicitur, fuit firmatum in his specialibus terminis in Urbevetaena census 26. Martij præteriti, §. Non obstat declaratio confirmata, sub die 27. Junij subsequentis coram me.

Coheret supradictis altera elicitæ ex prohibitione detractionis Trebellianicæ facta filiis, & hæredibus, ac etiam substitutis, qui aliàs, nisi fideicommissum progressivum fuisset ultra nepotes, potuissent de omnibus bonis liberè disporre, nec fuissent ulterius gravati restituere, prout 10 testator voluit esse gravatos, ibi: Declarans, quatenus opus sit, gravamen esse impositum venientibus ab intestato ipsorum institutorum, & substitutorum, ut perpendit Decian. conf. 41. sub. n. 36. lib. 1. Mantix. de consuet. n. l. volum. lib. 3. tit. 8. n. 11. Rot. dec. 402. n. 6. p. 9. rec.

Er accedunt qualitas masculinitatis requisita per testatorem, cum omnimoda exclusione foeminarum, & alia cumulata in decisione, §. Secunda, quod hæredes, et §. seq. Ex quibus omnibus fuit per dominos conclusum, quod aut D. Joseph, qui est pronepos descendens ad fideicommissum, comprehenditur appellatione filiorum nasciturorum, ut suadet urgentes coniectura, nempe qualitas descendenti testatoris, adjectio masculorum, cum exclusione foeminarum, & expressa ratio agnationis, ac votum consulendi familie, & posteritatis, & declaratio conservatio nis bonorum in agnatione, & familia, enixè operata, ut his concurrentibus aliàs dixit Rota dec. 67. n. 14. et 16. p. 13. rec. 12 confirmata in dec. 465. n. 14. cum pluribus, seq. p. 14.